

1340 oct. 30.

1326.

1327

1344.

audine exercitus innumerabili transfretasset, dictus
 rex Hispanie in domino confidens cum exercitu sibi
 occurrens recentissimo commisso bello gloriosam fuit
 assertus victoriam. Abi idem rex Alphonsus filium regis
 Affricae cum multis captivavit et de exercitu ^{ipius} ~~Abi~~ plus
 quam 18000 interfecit. Qua quidem dictus rex Hispanie
 decoratus victoria quandam civitatem Tarracensium mu-
 nitissimam dictam Alysis ³⁶⁷ circa mare in finibus His-
 panie positam, quae ad terras Christianorum ex Affrica
 Tarracensis transfretantibus portum commodum semper
 prestabat, tribus et ultra annis obsidione validissima
 conclusam ad ultimum expugnatam in deditionem
 accepit, et expulsis inde infidelibus et culta profano ex-
 stupato secundum ritum Christiane fidei ecclesias
 ibidem consecrari fecit, Clericos et sacra instituens Chri-
 stiani nominis eandem coloniam instauravit.

Eisdem temporibus in partibus Germaniae scilicet
 in Franconia surrexit tanta inundatio et ex habun-
 dantia locustarum, quae ^{ad} ventis agitatae quasi nubes
 serotinae solis radios obumbrabant et tormatum ad
 plana quaque et campestria loca velut ^{et} nix condensae ex
 aere decedentes segetes et prata et omnia virentia cor-
 rodebant. In tanta namque densitate super terram
 convenerunt, ut a iumentis et hominibus viatoribus

o) velut ~~hic et saepius~~ vid.

³⁶⁷ Algerias.